

- 3 No. 2. † q̄ auaritia est idolorum seruitus. auarus enim v̄r committere idolatriã, & seruire quodammodo idolis, q̄a auarus magis diligit nummum, quã Deum. vnde maiorem reuerentiam adhibet auro, q̄ ipsi creatori. 47. distinc. c. sicut. vide ibi pulcherrimum tex. an. & quando quis peccet non elargiendo eleemosinam, & vide glo. 1. q. 2. c. cum omnes, & alibi dicit tex. q̄ auaritia est mater cunctorum malorum. 23. distin. c. his igitur, & alibi appellatur cecitas, vt in c. auaritiã cecitas, de elec. lib. 6. nam excæcat mentem hominis, vt agenda non videat, & pro hoc c. quorundam. eo. tit. li. 6. & dicit Tullius, q̄ nil deterius auaritia, p̄sertim in Principibus, & rempublicam gubernantibus, & in senibus videtur quoddam monstrum. vnde multum notabiliter dicit Seneca, q̄ nil est turpius auaritia senili. est enim quasi monstrum deficiente via augere viaticum, idest deficiente vita augere patrimonium. † Not. q̄ licet ecclesia sit subiecta prelato inferiori quò ad temporalia, non tamen potest inferior ipsam ecclesiã diuidere, idest eius parochiani, sed diuisio pertinet ad episcopum, in c. sicut vniuers. de excess. præla. & in clem. ne in agro. in §. ad hoc. de sta. reg. † Vltimo ponderant hic Doct. in superscriptione, q̄ a canonici regulares a præsertim monachis. Sed dicit Abb. hoc procedere, quia hic tractatur de vitio auaritiã. quasi velit dicere, secus esse vbi nominatur aliqui ad aliud laudabile exercitium. nihil allegat, sed vide bo. tex. in cap. Deus qui. supra de vi. & hon. cle. vbi prius nominatur monachi, secundo canonici regulares, tertio alii religiosi, & ex ordine illius tex. habes arguere prerogatiuam in aliis. pro hoc facit, q̄ monachi, seu monachorum institutio fuit antiquior, quã institutio canonicorum regularium, vel aliorum religiosorum, & vide pro hac ratione bonam glo. in c. quorundam, præ alleg. tene menti ex hoc dicto Abbatis, q̄ cum aliqui notantur de aliquo vitio, debet prius nominari, non dignior, sed ille qui magis est infectus, secus in actu virtuoso, & sic limita glo. in dicto cap. q̄ uorundam.
- 6 † In glo. 2. in fi. Circa hanc vltimam quæstionem instant Doct. circa duo. Primo quid si clerici ecclesię contradicunt diuisioni, seu augmentationi p̄sonis. Secundo quid si Archiepiscopus talis ecclesiã, seu episcopus diocesis non vult consentire? Et dimittendo opin. veritas est hæc, si clerici contradicunt causa legitima non subsistente, non obstat eorum contradicatio, vnde superior poterit hoc facere sine eis, vt in cap. 3. infra de eccl. q̄ di. & no. in c. constitutus, de relig. do. secus vbi subesset causa legitima, ar. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. Quo ad secundum dic, q̄ si superior non vult consentire, potest adiri eius superior, vt eum ex causa legitima compellat ad consentiendum. infra de iure patr. in c. nullus. Et no. ex hoc, quòd Archiepiscopus non succedit episcopo nolenti consentire, sed debet eum compellere ad consentiendum, non tamen debet aliquid acceptari in preiudicium ecclesię vacatis defensore legitimo sibi non dato, vt in d. cap. 1. & c.

## A D D I T I O.

- 2 † Canonici regulares. De hac materia copiosè tradit Feli. in rub. supra de maio. & obed. ver. monachi p̄cedunt. videtamen etiam tex. p̄ferentem canonicos regulares. in c. vlt. lex continetur. 27. q. 1.

## S V M M A R I V M

- 1 Prælatus, & capitulum possunt beneficio vacanti certum onus imponere, quod habeat subire ille, cui beneficium confertur, & ista oneris impositio debet confirmari à Papa. 2.
- 3 Clericus non debet compelli ad celebrandum missam vnius sancti in toto anno, quia per hoc dimittit missas in ferijs consuetas.
- 4 Clericus non debet institui in aliquo beneficio cum hoc, quod quotidie celebret, quia non semper potest se reperire dispositum ad celebrandum: sed si fuerit aliter institutus, recipit determinationem, vt celebret quantum frequentius potest salua honestate sua.
- Sacerdos pollutus in somnio non debet celebrare pro illa vice.
- 5 Clericus institutus in beneficio, vt semper in eo faciat residentiam, potest hoc obstante ingredi religionem, & se propter necessaria absentare.
- 6 Beneficiatus non potest resignare beneficiũ sine licentia episcopi, vel consensu patroni. 7.
- 8 Sacerdos recipiens pecuniam, quia celebravit ad instantiam alicuius peccat, non tamen committit simoniam.
- Canonici, qui vadit ad seruendum cum hac intentione, vt recipiat portiones quotidianas committit simoniam mentaliter.
- Sacerdos non potest licite a suis parochianis pecuniam accipere pro spiritalibus etiam in casu necessitatis, in qua maneret ipse sacerdos.
- Parochiani compelluntur subuenire presbytero, si aliter non habet, vnde viuat.

## C A P. XI.

- 1 **S**ignificatum. † Possunt prælatus, & capitulum præbendæ vacanti honestum onus imponere, ad quod præbendarius teneatur. hoc dicit. Primo ponit ordinatione tria continens. Secundo confirmatio cum limitatione. ibi, [Quoniam.] casus lit. Quædam præbenda sacerdotalis vacauit in quadam ecclesia, præpositus, & capitulum illius ecclesiã communi consensu, & voluntate statuerunt, vt quicumque ad ipsam præbendam eligeret, missam de sancta Maria quotidie celebraret, nisi esset corporis infirmitate grauatus, nec ecclesiam dimitteret sine consensu præpositi, & capituli, & q̄ iura illius præbendæ non alienaret; quo facto electus est quidam sacerdos ad ipsam præbendam, præpositus, & capitulum petierunt à Papa, vt institutionem ipsius deberet confirmare, & D. Papa ipsum confirmauit, ita q̄ sacerdos ille assidue debeat officium suum impendere ipsi ecclesiã, nisi fuerit infirmitate grauatus, & quanto frequentius poterit salua honestate sua missarum solemnia celebrare, nec liceat illi officium subtrahere illi ecclesiã, nec ad aliam se transferre. B. † No. 1. q̄ patronus est ecclesiasticus non potest in institutione beneficii apponere certum modum celebrandi diuina, nec restringere aliter instituendum in illo beneficio, sed hoc explicare, & instituere pertinet ad superiorẽ, ideo isti petierunt confirmationem à Papa, & allego tibi tex. magis expressum in c. dictus, de consue. & Innoc. in c. 3. ne prel. vic. suas. No. 2. ar.
- 3 opt. & quasi expressum, q̄ sacerdos nõ debet arctari ad dicendum missam de vno sancto a per totum annum. nec v̄r, q̄ propter has missas peculiare, seu priuatas, debeat omitti missa de feria, p̄sertim per totum annum, ad hoc c. quidã, de celeb. miss. vnde Papa hic noluit confirmare illã institutionem, quo ad istum articulum, sed simpliciter dicit, vt teneatur celebrare missarum solennia, & idem dic si hodie cõtingeret. † No. 3. q̄ illicita est institutio beneficii, si beneficium arctatur ad celebrandum quotidie missam, quia sæpe daret materiam peccandi, cum facile non contingat sacerdotem quotidie deuotum existerere ad celebrationẽ, nã satis est foelix, qui potest digne vnã missam quotidie celebrare. vnde Aug. talem celebrantẽ quotidie, non laudat, nec vituperat, de consecr. dist. 1. in c. sufficit, & ideo si contingeret hodie hoc modo beneficium institui, debet talis institutus recipere interpretationẽ ab isto tex. vt celebret quantum frequentius poterit salua honestate sua, ac debita deuotione. Quid enim si pollutus in somnio est? debet enim abstinere, de quo dic, vt habes bo. tex. cum glo. 6. dif. c. testu. Item quid si non habet vestimenta, vel calicẽ honestum, vel quid simile? certè honestas contradicit, & idẽ dic de similibus impedimentis, q̄ possunt occurrere. Et ex hoc, & ex tex. potest colligi pro & contra, q̄ habens beneficium sacerdotale tenetur celebrare quanto frequentius potest salua honestate, & c. Vltimo no. q̄ non valet institutio beneficii arctans beneficiũ ad non dimittendum vnquam illud beneficium, sed debet intelligi, q̄ non dimittat causa voluntatis, vel causa transferendi se ad aliam ecclesiam; nam primo illa institutio impediret propositũ religionis, nam sacerdos potest petita licentia licet non obtemperare intrare religionẽ, vt in c. licet, de reg. Itẽ debet posse se absentare propter vtilitatem, seu necessitatẽ ecclesiã, ac propriam, vt in c. ex parte. supra de cler. non resid. Et ex p̄dictis inferitur ad solutionẽ oppositionis, quã p̄t formari contra istum tex. in eo, q̄ Papa in confirmatione mutauit conventionẽ partium, seu institutionẽ factam per istos clericos: nam videtur, q̄ hoc non debuit fieri, quia contractus vincunt legem, in regula, contractus, de reg. i. lib. 6. & in l. 1. §. si conueniat. ff. de posi. Sol. dicit Inno. q̄ Papa fuit hic potius interpretatus hanc cõstitutionẽ quã mutauerit. vel

## A D D I T I O.

- 2 † De vno sancto. Adde Ro. confi. 39. vbi ponit, an capellanus teneatur quotidie dicere missam specialem pro mortuo, qui fundauit capellam.
- ANT. FRAN. † Circa hoc, q̄ hic dicitur, an Capellanus teneatur celebrare missam pro anima construens capellam quotidie, dicas videndum esse per Do. Car. in clem. 1. in §. fi. de reli. do. & in clem. 2. de re iud. vbi ponit in quibus locis oratoris, vel Capel possint, & debeant missæ celebrari, & quæ missæ debeant celebrari, & inter reliqua dicit, quòd missa in altari hospitalis non potest celebrari in festiuitatibus solennibus. dicit etiã quòd missa mortuorum debet celebrari sine pace. ad quod etiam vide glo. in c. pacem, de consec. dist. 1.